

UDK: 930.25 (497.6) “ 1449/1573 “
DOI: 10.51237/issn.2744-1172.2025.54.491
Primljen: 25. 10. 2024.
Prihvaćen: 29. 9. 2025.
Izvorni naučni rad

Almir Peco, Esad Kurtović

Univerzitet u Sarajevu – Filozofski fakultet
Sarajevo, Bosna i Hercegovina
almir.peco@ff.unsa.ba
esad.kurtovic@ff.unsa.ba

Izvori za historiju srednjovjekovne Bosne: *Debita notariae pro comuni* I-IV, 1449-1573 (drugi dio)

Apstrakt: Rad predstavlja ispis arhivske građe relevantne za historiju srednjovjekovne Bosne iz serije *Debita Notariae pro Comuni*, koja se nalazi pohranjena u Državnom arhivu u Dubrovniku. Izdvojena su i prezentirana ukupno 72 dokumenta koja se odnose na period između 1449. i 1573. godine. Kako su u svescima ove serije upisane finansijske obaveze dubrovačke općine prema drugim institucijama i pojedincima, tako su ispisi obuhvatili i vrijeme nestanka srednjovjekovne bosanske države budući da su potomci pojedinih velikaških obitelji nastavili uredno zaprimati prihode koji su rezultat aranžmana njihovih slavni prethodnika.

Ključne riječi: Državni arhiv u Dubrovniku, *Debita Notariae pro Comuni*, srednjovjekovna Bosna, arhivska građa.

Abstract: The paper presents the transcription of archival material relevant to the history of medieval Bosnia from the series *Debita Notariae pro Comuni*, stored in the State Archives in Dubrovnik. A total of 72 documents dating between 1449 and 1573 have been selected and presented. As the financial obligations of the Dubrovnik municipality towards other institu-

tions and individuals are recorded in the volumes of this series, the transcriptions also cover the period after the cessation of the medieval Bosnian state, as descendants of certain noble families continued to receive income resulting from arrangements made by their illustrious predecessors.

Keywords: State Archives in Dubrovnik, Debita Notariae pro Comuni, medieval Bosnia, Archival material.

37. Pavle Nikole iz Dubrovnika kao zastupnik Ivana Kosače, sina pokojnog hercega Vlatka, podiže 48 dukata na ime svih zaostataka primanja koje mu je Dubrovnik dužan:

“Ser Paulus quondam ser Nicolai de Ragusio [tako] tamquam procurator et procuratorio nomine illustris domini Johannis Cosacie, filii olim ducis Vlatchi ut de procura constat publico instrumento facto Venetiis in 1502, indictione quinta, die vigesima mensis augusti, manu ser Angeli Caballii quondam Antonii publici imperiali auctoritate notarii et iudicis ordinarii, et reconmendato per literas ducales sigillatas bulla plumbea inpendenti, fidem facientes de legalitate ipsius notarii secundum morem a me notario visis et lectis tam dicto instrumento procuratoris quam dictis literis legalitatis, confessus fuit habuisse et recepissee a magnificis dominis Rectore et consilio ciuitatis Ragusii, dantibus et soluentibus de denariis comunis dicte ciuitatis, ducatos auri et in auro quadringentos octuaginta boni auri et iusti ponderis pro resto saldo et completa solutione totius eius quod ipse dominus Johannes tam tanquam nobilis conciuus Ragusii quam aliter quoncumque et qualitercumque petere poterat et habere debebat a dicto communi pro toto tempore preterito usque ad presentem diem. Renuntiando” (20. 9. 1502), Deb. Not. pro Comuni, I, 109.

38. Pavle Nikole iz Dubrovnika kao zastupnik Ivana Kosače, sina pokojnog hercega Vlatka, podiže 48 dukata na primanja koje mu je Dubrovnik dužan, 15 dukata u žitu od ostavštine Aleksandra iz

**Tanija, šest dukata prihoda sa Šipana i četiri dukata od gospođe
Pervule za zakup zemljišta:**

“Paulus condam Nicolai de Ragusio procurator magnifici domini Johannis Cossaze filii quondam ducis Vlatchi Cossaze sancti Saue ut de procura constat publico instrumento facto in Montessilicis in contrata Valiselli in domo habitationis ipsius domini Johannis in 1503, die 21 augusti, manu ser Jacobi Johannis filii quondam ser Melchioris ciuis et habitatoris Montissilicis publici imperiali auctoritate notarii recomandato per literas magnifici comitis Montessilicis fidey facientes de legalitate ipsius notarii secundum morem a me notario visis et lectis tam dicto instrumento procure quam dictis legalitatis litteris, confessus fuit habuisse a comune Ragusii per manus tesariorum et procuratorum Sancte Marie ducatos auri quadraginta octo pro toto eo que dictus dominus Johannis tamquam nobilis Ragusinus et aliter quomodocunque et qualitermodocunque pro toto tempore preterita usque ad die 20 septembris 1503, vocans se tacitum et contentum etc. Renuntiando.

Item dictus Paulus recepit in furmento valutam ducatorum XV pro solutione legati Alexandri de Tanis.

Item a ser Francho And. de Sorgo ducatos 6 pro intratis Zupane pro anno presenti ducatos 6 de quibus dati fuerint ducatos 5 pro uno equo iuxta ordinem domini Johannis et Paulus habuit ducatum unum pro resto.

Item a domina Paruula ser Nicolini de Sorgo ducatos 4 pro intratus annuatis pro uno anno” (10. 2. 1503), Deb. Not. pro Comuni, I, 113.

39. Pavle Klešić, poslanik hercega Balše Vladisalića, podiže od Dubrovčana njegov dio dvogodišnjih prihoda u iznosu od 96 dukata i osam dukata od gospođe Pervule za dio dvogodišnjeg zakupa posjeda u Konavlima i Novim zemljama:

“Paulus Clessich nuncius et commissus illustris domini Balse Vladissalich ducis sancti Sabe habitantis in Slouinia in loco vocato Glo-gouniza, vigore literarum credentialium et sigilli proprii ipsius domini

Balse scripturam die decima mensis septembris proxime lapsi in idiomate sclauo et repositarum in thesauraria ubi reponuntur expeditorie, confessus fuit habuisse et recepisce a comuni Ragusii per manus ser Junii Pasq. de Sorgo et sociorum dominorum thesaurariorum et procuratorum Sancte Marie, de denariis et nomine dicti comunis ypperperos trecentos triginta tres grossos quatuor in ducatis auri nonaginta sex pro integra solutione duorum annorum finitorum die III augusti proxime preteriti presentis anni sue tercie partis et porcionis sibi spectantis et prouisione Canalis prout etiam apparet per expeditoriam factam dictis dominis tesaurariis et procuratoribus presentis receptionis per dictum Paulum cum sigillo et subscriptione manus proprie prefati domini Balse sub presenti die. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex ser Helias de Zamagno et Pasqualis Primi testis.

Item confessus fuit recepisce ducatos auri octo a domina Peruola relicta quondam ser Nicolini Ors. de Sorgo per tercia parte spectante suprascripto domino Balse de afflictu duorum annorum preteritorum terrarum Canalis et Terrarum Nouarum. Renuntiando” (7. 10. 1504), Deb. Not. pro Comuni, I, 115.

40. Pavle Nikole iz Dubrovnika kao zastupnik Ivana Kosače, sina pokojnog hercega Vlatka, podiže 48 dukata na ime primanja koje mu je Dubrovnik dužan, a uz jemstvo dubrovačkog vlastelina Franka Sorkočevića:

“Paulus quondam Nicolai de Ragusio, nuncius magnifici domini Johannis Cossaze filii quondam illustris domini Vlatchi ducis sancti Saue, ad interrogationem magnifici domini Rectoris ser Junii Luce de Bona et sui Minoris consilii, ibi presentium in loco audientie dicti Minoris consilii, confessus fuit habuisse et recepisce et sic re vera habuit et recepit a prefatis domino Rectore et Minori consilio dantibus et soluentibus, virtute et secundum tenorem literarum prefati domini Johannis Cossaze existentium in filtia diei III aprilis proxime preteriti scriptarum Venetiis quas attulit dictus Paulus, ducatos auri quadraginta octo pro ipsius domini Johannis

prouisione unius anni completi die 20 septembris proxime preteriti de 1504. Et ser Franchus And. de Sorgo ibi presens super se et omnia bona sua se constituit plegium et principalem debitorem per dictis ducatis restituendis in camera comunis Ragusii per dictum ser Franchum in casu quo ad solutionem alterius page proxime venture non faceret confirmari hanc receptionem per legitimum procuratorem dicti domini Johannis secundum partem et declarationem Consilii rogatorum capte die ultimo maii proxime preteriti” (5. 6. 1505), Deb. Not. pro Comuni, I, 118.

41. Pavle Nikole iz Dubrovnika kao zastupnik Ivana Kosače, sina pokojnog hercega Vlatka, podiže 96 dukata na ime primanja koje mu je Dubrovnik dužan, a uz jemstvo dubrovačkog vlastelina Franka Sorkočevića za polovinu primljenih sredstava:

“Paulus quondam Nicolai de Ragusio, nuncius et tamquam procurator magnifici domini Johannis Cossaze filii quondam illustris domini Vlatchi ducis sancti Saue, ut de procura apparet publico instrumento procurationis facto Venetiis et registrato in Libro procurationum nostrorum die X presentis mensis a tergo libri, dicto procuratorio nomine, confessus fuit habuisse et recepissee a magnifico domino Rectore ser Michaele de Calistis et suo [123] Minori consilio dantibus et soluentibus de denariis comunis Ragusii ducatos auri nonaginta sex pro ipsius domini Johannis prouisione annorum duorum completurorum de mense septembris proxime futuris de 1506. Et ser Franchus And. de Sorgo, ibi presens, super se et bona sua se constituit plegium et principalem pro ducatorum quadraginta octo presentis anni nondum completi secundum partem Consilii rogatorum. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex et testis ut supra [123v]” (21. 6. 1506), Deb. Not. pro Comuni, I, 123-123v.

42. Stjepan Pokrajčić, Vukić Vukosalić i Ivaniš Vladisalić iz Orahova, u ime stanovnika Orahova, zadužuju se kod Vlaha Bobaljevića i Pavla Gučetića na 18 perpera u žitu kao kredit za 12 starija žita po cijeni tri groša po kupelu žita:

“Nos Stiepanus Pochraich dictus Meduiedouich, Vuchich Vuchossalich dictus Meduiedouich et Iuanis Vladissalich omnes de Orachouo, pro tota contrata dicte ville tanquam principales debitores, et ego Vuchich Vuchossalich casnaz de Slano de villa Bagna plegius qui me tamen principalem debitorem constituo, confitemur quod super nos et omnia nostra bona obligamus nos dare et soluere ser Blasio Ni. de Babalio et ser Paulo Ni. de Goze yperperos decem et octo pro comuni Ragusiii tanquam officialibus deputatis ad portione milium in contrata Terrarum Nouarum concessum in credentiam in Consilio rogatorum pro stariis XII milii datis nobis hominibus de Orachouo in credentiam ad grossos tres pro quolibet copello vigore et secundum tenorem partis Consilii rogatorum usque ad nouum granum. Sub pena etc. Tenentibus se etc. Renuntiando etc. Hec autem carta etc. Judex ser Nicolinus Ors. de Menze et Pasqualis Primi testis” (19. 3. 1508), Deb. Not. pro Comuni, I, 131v.

43. Pavle Nikole iz Dubrovnika kao zastupnik Ivana Kosače, sina pokojnog hercega Vlatka, podiže 96 dukata za dvogodišnja primanja koja je Dubrovnik dužan:

“Procurator magnifici domini Johannis Cossaze ductoris armorum serenissimi ducalis domini Venetiarum filii quondam illustris domini Vlatchi ducis sancti Saue, videlicet, Paulus Nicolai de Ragusio, ut de procura constare fecit publico instrumento procurationis confecto Seledi Vincetini districtus in 1508, indictione XI^a, die dominico vigesimo septimo mensis februarii, manu Nicolai quondam Johannis Anigra publici imperiali auctoritate notarii etc. roborato literis patentibus magnifici domini Bartholomei de Gelinis vicarii Seledi fidem facientibus de legalitate dicti notarii secundum morem, a me notario visis et lectis tam dicto procurationis instrumento quam dictis literis legalitatis et quod instrumentum ad abundantem cautelam registratum fuit in Libro procurationum notarie Ragusii sub die VII presentis mensis julii a tergo libri, dicto procuratorio nomine, confessus fuit habuisse et recepisce a magnifico domino Rectore ciuitatis Ragusii ser Daniele Ni. de Restis et suo Consilio per manus

dominorum vicethesaurariorum et procuratorum Sancte Marie maioris de denariis comunis Ragusii ducatos auri nonaginta sex pro solutione et satisfactione integra prouisionis dicti domini Johannis annorum duorum completurorum de mense septembri proxime futuris de 1508, vocans idem procurator et dicto procuratorio nomine se tacitum et contentum pro dicta prouisione dictorum duorum annorum et reddens perpetuo dictum comune et regimen dicte ciuitatis Ragusii quietum quod dicta prouisione dictorum duorum annorum anota omni exceptione. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex ser Antonius Mar. de Goze et Pasqualis Primi testis” (8. 7. 1508), Deb. Not. pro Comuni, I, 134.

44. Ivan Tvrtković Trebinjanin i Ivan Mahlić iz Srijema kao poslanici hercega Petra Balše Vladisalića, podižu 96 dukata za njegov udio dvogodišnjih prihoda od Dubrovnika:

“Iuan Tuertchouich Tribignanin et Iuan Machlich de Sriema, nuncii magnifici domini Petri Balse Vladissalich ducis sancti Sabbe, virtute literarum prefati domini ducis scriptarum magnifico regimini Ragusii in Kmlek I diebus septembris 1509, subscriptarum manu propria dicti domini ducis, que reposite fuerunt in thesauraria cum expeditoria, confessi fuerunt habuisse et recepisse a prefato magnifico regimine per manus ser Viti Cl. de Goze et sociorum thesaurariorum Sancte Marie soluentium nomine et de denariis comunis Ragusii yperperos trecentos triginta tres grossos quattuor in ducatis auri nonaginta sex pro solutione et satisfactione integra census qui soluitu dicto domino duci pro annis duobus completis de mense augusti proxime preterito presentis anni de 1509. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex ser Raphael Fed. de Goze et Pasqualis Primi testis” (29. 9. 1509), Deb. Not. pro Comuni, I, 138v.

45. Pavle Nikole iz Dubrovnika kao zastupnik Ivana Kosače, sina pokojnog hercega Vlatka, podiže 48 dukata primanja koja je Dubrovnik dužan. Krajem 1509. Ivan Kosača lično podiže 144 dukata za tri naredne godine:

“Procurator magnifici domini Joannis Cosaze ductoris armorum serenissimi ducalis domini Venetiarum filii quondam illustris domini [izostavljen: *Vlatchi*] ducis sancti Sabe, videlicet, Paulus Nicolai de Ragusio, ut de procura constare fecit publico procurationis instrumento et registrato in Procuris notarie 1508, die 7 julii, ad quam habeatur relatio, viso et lecto a notario presentis instrumenti, confessus fuit habuisse et recepisce a magnifico domino Rectore ciuitatis Ragusii ser Antonio Luc. de Bona et suo Consilio per manus dominorum thesaurariorum et procuratorum Sancte Marie maioris et per manus ser Antonii Mar. de Menze unius de Minori consilio ad id deputati de denariis comunis Ragusii, ducatorum auri quadraginta octo pro integra solutione et satisfactione prouisionis dicti domini Joannnis unius anni completi de mense septembris proxime preteriti. Vocans idem procurator et dicto nomine se contentum, tacitum et quiesum pro dicta prouisione dicti anni proxime preteriti et reddens perpetuo dictum comune et regimen dicte ciuitatis quietum pro dicta prouisione dicti anni amota omni exceptis. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex ser Andreas Nic. de Crieua, Pasqualis Primi testis” (24. 10. 1509), Deb. Not. pro Comuni, I, 139.

Ispod: “Die primo decembris 1509. Magnificus dominus Johannes suprascriptus existens personaliter hic Ragusii, confessus fuit habuisse et recepisce et ita re una habuit et recepit in presentia mei notarii a magnifico regimine Ragusii per manus ser Danielis Ni. de Restis, ducatos auri centum quadraginta quattuor pro solutione suprascripte sue prouisionis annorum trium completurorum de mense septembris 1512, pro quibus ipse de manu sua die presenti fecit expeditoriam huius receptionis que remansit in thesauraria. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex et testis ut supra”, Isto.

46. Tvrtko Ivanišević i Stjepan Pokrajčić iz Orahova (Medvjedovići), u ime svoga naselja, zadužuju se na 37 perpera i šest groša na ime kredita za 30 starija žita po cijeni 2,5 groša po kupelu:

“Nos Thomas Iuanisseuich et Stiepanus Pocracich ambo de Orachouo, in nomine nostro proprio et nomine et vice Radossau Radoeuich protogeri et aliorum dicte ville vocatorum Meduiedouichi, confitemur quod super nos et omnia nostra bona et super totam nostram contratam obligamus nos et illa dare et soluere comuni Ragusii yperperos triginta septem grossos sex per totum mensem septembris proxime futuris. Sub pena etc. Tenente se etc. Et hoc pro stariis triginta milii quos recepimus a dicto comuni in credentiam ad grossos duos cum dimidio pro singulo copello per manus ser Johannis Ju. de Tudisio et ser Pauli Ni. de Goze officialium ad id ellectionum in Minori consilio. Et plegius est ser Benedictus Mar. Ni. de Gondola ad meliustenendum. Renuntiando etc. Hec autem carta etc. Judex ser Vitas de Goze et testis ut supra” (19. 3. 1511), Deb. Not. pro Comuni, I, 141v. Prekriženo.

Sa strane: “Die XII decembris 1511. Cassa quia soluit ut retulerunt contrascripti officiales”, Isto.

47. Poslanici hercega Petra Balše Vladisalića, u ime svoga gospodara, podižu od Dubrovčana dvogodišnja primanja u iznosu od 96 dukata:

“Michagl Suchouich de Vranza partium Slouigne et Petar Smilouich de Croatia, nuncii, familiares et seruitores excellentis domini Petri Balse Vladissalich ducis sancti Sabe, virtute literarum prefati domini Petri Balse diei 29 septembris 1511 scriptarum ex Glogouiza magnificis dominis Rectori et Consilio ciuitatis Ragusii, confessi fuerunt habuisse et recepissee et sit re vera habuerunt et receperunt in presentia mei notarii manualiter et in pecunia numerata a prefatis dominis Rectore et Consilio pro dicto comuni Ragusii, per manus ser Damiani Pauli de Goze, ser Johannis Ni. de Caboga et ser Gabrielis Ste. de Crieua vicethesaurariorum et ser Stephani Ju. de Gradis et sociorum procuratorum Sancte Marie maioris dicte ciuitatis ducatos auri nonaginta sex pro solutione prouisionis prefati domini Petri Balse annorum duorum finiturorum de mense augusti proxime fu-

turos anni de 1512, videlicet, ducatos 48 pro solutione unius anni finiti de mense augusti proxime preterito presentis anni de 1511 et ducatos 48 pro solutione alterius anni completuri de mense augusti proxime futuro de 1512, ut etiam patet per expeditoriam dictorum nunciorum die presenti factam prefatis dominis Rectori et Consilio subscriptum manu prefati domini Petri Balse et eius sigillo munitum secundum morem. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex ser Vitus Cl. de Goze et Pasqualis Primi testis” (27. 10. 1511), Deb. Not. pro Comuni, I, 142v.

48. Bošnjaniin Grgur Kerkić iz Roga, poslanik hercega Petra Balše Vladisalića, za svog gospodara podiže primanja od Dubrovčana u iznosu od 48 dukata:

“Gregorius Cherchich Bosinensis de Rogh, nuntius, familiaris et se-ruitor exelentis domini Petri Balse Vladissalich ducis sancti Sabe, virtute et in executionem literarum prefati domini Petri Balse scriptarum magnifico regimini Ragusii ad quas relatio habeatur, confessus fuit habuisse et recepissee a domino Rectore dicte ciuitatis et suo Consilio, dantibus et soluentibus nomine regiminis et comunitatis dicte ciuitatis ducatos auri quadraginta octo pro solutione prouisionis dicti domini Petri Balse unius anni completi de mense septembris proxime preterito anni 1513, pro quibus dicto nomine reddit perpetuo quietam ipsam comunitatem et nomine dicte ciuitatis cum pleno jure ammota omni exceptione. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex et testis ut supra” (29. 12. 1513, upisano 1514. po ranijem početku računanja godine od Božića), Deb. Not. pro Comuni, I, 146.

49. Ivan Tajapetra, zastupnik Ivana Kosače, sina hercega Vlatka, u Ivanovo ime podiže njegova primanja u Dubrovniku u iznosu od 48 dukata:

“Procurator magnifici domini Johannis Cossaze, filii quondam illustris ducis Vlathei, videlicet, dominus Johannes Taiapetra quondam domini Christophori de Venetiis, ut de procura constare fecit per publicum

instrumentum procurationis confectum Venetiis in millesimo quingesimo tercio decimo, indictione prima, die quarta mensis nouembris manu Michaelis Rampani quondam alterius Michaelis publici imperiali auctoritate notarii recomendatum literis patentibus serenissimi ducalis domini Venetiarum fidem facientibus de legalitate ipsius notarii secundum morem, a me notario visis et lectis tam dicto procurationis instrumento quam dictis literis legalitatis, dicto procuratorio nomine, confessus fuit habuisse et recepisse a magnifico domino Rectore ciuitatis Ragusii et suo Consilio, dantibus et soluentibus pro regimine et comunitate dicte ciuitatis per manus mei notarii ducatos auri quadraginta octo pro integra solutione prouisionis prefati domini Johannis Cossaze unius anni completi de mense septembris proxime preterito de 1513, pro quibus idem procurator et dicto procuratorio nomine reddit perpetuo quietam dictam comunitatem et regimen dicte ciuitatis. Renuntiando. Hec autem carta etc. Iudex ser Michael Lu. de Bona et Pasqualis Primi testis” (9. 1. 1514), Deb. Not. pro Comuni, I, 146v.

50. Andrija Petra Bomben, zastupnik hercega Ivana Kosače, sina hercega Vlatka, podiže na ime Ivanovih primanja od Dubrovčana 48 dukata:

“Dominus Andreas domini Petri de Bomben de Venetiis tanquam procurator domini Joannis Cossaze, ut de procura constare fecit facta Venetiis et cum qua legalitate ducali, visa et lecta a notariis presentis instrumenti, confessus fuit habuisse et recepisse ab magnifico domino Rectore et suo Consilio ducatos auri quadraginta octo presente me notario presente dicto domino Andree numeratos in camera comunis per dominos thesaurarios ser Stephanum de Gradis et socios. Qui ducatorum 48 sunt pro integra solutione prouisionis prefati domini Johannis Cosaze unius anni completi de mense augusti proxime preteriti 1514. Qui dominus Andreas pro animo reddit et facit dominum Rectorem et suum Consilium et totam comunitatem quietam et tacitam ac contentam pro dictis ducatis 48 ut supra receptum” (20. 12. 1514), Deb. Not. pro Comuni, I, 149v.

51. Bernard Tebalda Vincéntije, zastupnik hercega Ivana Kosače, podiže na ime Ivanovih primanja od Dubrovčana 48 dukata:

“Procurator magnifici ac illustris domini Johannis Cosaze ducis sancti Saue, videlicet, ser Bernardus de Thedaldo Vincentinus, ut de procura fecit constare publico instrumento procurationis confecto Venetiis in millesimo quingentesimo quinto decimo, indictione tertia, die lune decimo mensis septembris manu Aloysii Georgii quondam domini Johannis ciuis Venetiarum publici imperiali auctoritate notarii et recommendato literis patentibus serenissimi ducalis dominii Venetiarum fidem facientibus de legalitate ipsius notarii secundum morem, a me notario visis et lectis tam dicto procurationis instrumento quam dictais literis legalitatis, dicto procuratorio nomine, confessus fuit habuisse et recepisse a magnifico domino Rectore ciuitatis Ragusii et suo Consilio, dantibus et soluentibus pro regimine et comunitate dicte ciuitatis per manu mei notarii de denariis erarii dicte comunitatis ducatos auri quadraginta octo pro integra solutione prouisionis prefati domini Johannis Cossaze pro uno anno completo de mense augusti proxime preteriti de 1515. Pro quibus idem procurator et dicto procuratorio nomine reddit perpetuo quietam dictam comunitatem et regimen dicte ciuitatis. Renuntiando” (22. 9. 1515), Deb. Not. pro Comuni, I, 154.

52. Mihalj Suković, poslanik Matijaša i Vladislava, sinova pokojnog hercega Petra Balše Vladisalića, u ime svojih gospodara podiže od Dubrovčana trogodišnja primanja u iznosu od 144 dukata:

“Michagl Suchouich de Vranza partium Slouigne, familiaris, seruator et nuntius dominorum Mathiasii et Vladissauī fratrum, filiorum et heredum quondam excellentis domini Petri Balse Vladissalich ducis sancti Sabe, nomine dictorum heredum, virtute eorum literarum diei XIII septembris 1515, scriptarum ex Kmlek Minori magnificis dominis Rectori et Consilio ciuitatis Ragusii quas attulit dictus Michagl et quas ego notarius vidi et legi, confessus fuit habuisse et recepisse et ipsa re vera

in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, habuit et recepit a prefatis domino Rectore et Consilio soluentibus pro regimine et comunitate ac de denariis erarii dicte ciuitatis ducatorum auri centum quadraginta quattuor boni auri et iusti ponderis pro solutione et satisfactione prouisionis dictorum heredum annorum trium, videlicet, duorum preteritorum [154] completorum de mense augusti proxime preterito ad rationem ducatorum quadraginta octo in anno et unius anni futuri finituri de mense augusti proxime futuri anni proxime futuri de 1516 ut etiam patet per expeditoriam dicti nuncii factam die presenti pro presenti receptione munatam sigillo dictorum heredum et eorundem subscriptione de eorum propria manu iuxta morem. Vocans se dicto nomine tacitum et contentum pro dicta prouisione dictorum trium annorum et reddens perpetuo quietam dictam comunitatem pro ipsa prouisione totius dicti temporis. Renuntiando. Hec autem carta etc. Iudex ser Antonius Mar. de Gondola et Pasqualis Primi testis. Et presentibus magistro Prouanti Tramontana Ariminensis medico chyurgico, domino Pacifico Omnis sancti de Neapoli, Francisco Hieronymi Fidriis de Florentia et Ursio Hieronymi de la Proua de Florentia testibus ad hec habitis, vocatis et rogatis [154v]” (14. 10. 1515), Deb. Not. pro Comuni, I, 154-154v.

53. Herceg Ivan Kosača, sin pokojnog hercega Vlatka, u Samostanu franjavaca Dakse prima 48 dukata od Dubrovčana i potvrđuje ranija primanja od strane svojih zastupnika:

“In Monasterio fratrum minorum sito in scopulo Dachxe vicarie Ragusine et districtus dicte ciuitatis constitutus personaliter illustris dominus Johannes Cosaza dux sancti Sabe, filius quondam ducis Vlatchi, ad interrogationem mei notarii agentis in hac parte et stipulantis pro excellenti regimine dicte ciuitatis Ragusii, dixit et confessus fuit habuisse et recepisse et ita re vera habuit et recepit a dicto regimine per manus mei notarii manualiter et in pecunia numerata in presentia infrascriptorum testium ducatos auri et in auro quadraginta octo pro solutione et satisfactione prouisionis sue unius anni completi de mense augusti

proxime preterito et confirmauit omnes receptiones hinc retro factas per procuratores suos a prefato regimine de dicta prouisione ipsius domini Johannis. Vocans se tacitum et contentum et perpetuo reddens liberam et quietam comunitatem dicte ciuitatis cum dcito suo regimine pro dicta sua prouisione totius temporis preteriti usque ad presentem mensem septembris per omnem viam liberatoriam et quietatoriam et cum pleno jure amota omni exceptione. Presentibus ad hec venerabili fratre Seraphino de Goze guardiano conuentus dicti monasterii et nobili viro ser Matheo Mar. de Gradis de Ragusio ac Johanne Tamlich de Sibinico quondam ser Nicolai et pluribus aliis testibus ad hec habitis, vocatis et rogatis” (15. 9. 1516), Deb. Not. pro Comuni, I, 157v.

54. Ivan Bomben, zastupnik hercega Ivana Kosače, sina hercega Vlatka, podiže na ime Ivanovih primanja od Dubrovčana 48 dukata:

“Procurator illustris domini Johannis Cosaze quondam domini Vlatchi ducis sancti Saue, videlicet, dominus Johannes Bombenus de Venetiis, ut de procura fecit constare publico instrumento procurationis confecto Venetiis in millessimo quingesimo decimo septimo, indictione quinta, die vero quarto mensis juliii, manu Nicolai Gabrielis Veneti publici imperiali et Venetiarum auctoritatibus notarii recomendato literis ducalibus serenissimi domini Venetiarum fidem facientibus de legalitate ipsius notarii secundum morem, a me notario infrascripto visis et lectis tam dicto instrumento procuratione quam dictis literis legalitatis, dicto procuratorio nomine, confessus fuit habuisse et recepisse a magnifico domino Rectore ciuitatis Ragusii ser Benedicto Mar. de Gondola et suo Consilio, dantibus et soluentibus pro dominatione regimine et comunitate dicte ciuitatis de denariis erarii dicte comunitatis per manus mei notarii infrascripti ducatos auri quadraginta octo pro integra solutione prouisionis prefati domini Johannis Cosaze pro uno anno completo de presenti mense de 1517. Pro qua prouisione dictus procurator et dicto procuratorio nomine reddidit et reddit perpetuo quietam dictam comunitatum et regimine dicte ciuitatis Ragusii. Renuntiando. Hec autem

carta etc. Judex ser Nicolaus domini Ni. de Palmota et Pasqualis Primi testis” (14. 8. 1517), Deb. Not. pro Comuni, I, 161v.

55. Poslanici Matijaša i Vladislava, sinova pokojnog hercega Petra Balše Vladisalića, u ime svojih gospodara, podižu od Dubrovčana dvogodišnja primanja u iznosu od 96 dukata, prihode sa Šipana za tri godine u iznosu od 14 dukata i prihode od zakupa zemlje u Konavlima i Novim zemljama u iznosu od četiri dukata:

“Paulus Speranzich et Petrus Smiloeuich} de Sub Camenich partium Croatie, familiares, seruitores et nuncii domini Mathiasii et domini Ladislai fratrum, filiorum et heredum illustris olim domini Petri Balse Vladissalich ducis sancti Sabe, nomine dictorum heredum, virtute literarum suarum diei XI septembris 1517, scriptarum in eorum castro Kemlek Minori, magnificis dominis Rectori et Consilio ciuitatis Ragusii pro presenti solutione facienda quas dicti nuncii attulerunt et illas ego notarius vidi et legi, dictis nominibus, confessi fuerunt habuisse et recepisse et ita re vera in presentia mei notarii et testium infrascriptorum habuerunt et receperunt a prefatis dominis Rectore et Consilio, soluentibus pro regimine et comunitate dicte ciuitatis Ragusii ducatos auri nonaginta sex boni auri et iusti ponderis numeratos eis in notaria publica Ragusii per manus mei ipsius notarii pro solutione et satisfactione prouisionis prefatorum domini Mathiasii et domini Ladislai annorum duorum, videlicet, anni unius completi de mense augusti proxime preteriti et alterius anni currentis completuri de mense augusti proxime futuri anni de 1518. Pro quibus ducatis nonaginta sex dicti nuncii hac die per manus mei notarii quia ipsi nesciunt scribere fecerunt prefatis dominis Rectori et Consilio expeditoriam consuetam subscriptam manu propria ipsorum domini Mathiasii et domini Ladislai et cum eorum sigillo quo utebatur eorum pater in expeditoriis reddentis perpetuo quietam dictam comunitatem et eius regimen pro dicta prouisione totius dicti temporis. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex ser Stephanus Mar. de Volcio et Pasqualis Primi testis” (7. 10. 1517), Deb. Not. pro Comuni, I, 165v.

Ispod: “Die suprascripta. Paulus et Petrus suprascripti, tanquam seruitores et nuncii suprascriptorum domini Mathiasii et domini Vladislai, confessi fuerunt habuisse et recepisse a ser Francisco Pe. Bl. de Gradis ducatos auri viginti unum pro intratis Zupane spectantibus dictis domini Mathiasio et domino Vladislauo trium annorum, videlicet, ducatorum quattuordecim pro anno de 1516 et pro anno presenti de 1517 et ducatos septem pro anno venturo de 1518.

Item confessi fuerunt habuisse et recepisse a domina Peruola relictā quondam ser Nicolini Ors. de Sorgo ducatos quattuor pro intratis Canalis et Terrarum Nouarum presentis anni de 1517. Renuntiando”, Isto.

56. Ivan Tasovčić, Novak Lukačević, Petar Branilović i Cvjetko Radmilović, u ime 70 kuća naselja Kutlovići, primaju od Dubrovčana 50 starija žita po cijeni od dva groša i 20 folara po kupelu:

“Nos Iuan Tassoucich, Nouachus Luchaceuich, Petar Branilouich et Cuietchus Radmilouich} omnes de Cuthlouichi nomine totius sbori domorum septuaginta dicti casalis de Cuthlouichi, confitemur quod super nos et omnia nostra bona habuimus et recepimus a comuni Ragusii per manus officialium bladorum dicti comunis staria quinquaginta ordeī in credentiam ad rationem grossorum duorum follarum viginti pro singulo copello cum termino soluendi precium dicti ordeī per totum mensem septembris proxime futurum. Sub pena etc. Tenente se etc. Renuntiando etc. Hec autem carta etc. Judex ser Petrus Mat. de Saracha et Pasqualis Primi testis” (8. 3. 1518), Deb. Not. pro Comuni, I, 166v.

57. Stjepan Pokrajčić, Đurien Ivanišević i Ivan Vladisalić iz Medvedovića u ime 20 kuća svoga naselja zadužuju se za 40 starija žita po cijeni od dva groša i 20 folara po kupelu:

“Nos Stiepanus Pocraicich, Giurienus Iuanisseuich et Iuanis Vladissalich} de Meduiedouichi, nomine totius sbori domorum viginti dicte ville de Meduiedouichi, confitemur quod super nos et omnia nostra

bona habuimus et recepimus a comuni Ragusii per manus officialium massariorum bladorum dicti comunis staria quadraginta ordeï in credentiam precio grossorum duorum follarum viginti pro singulo copello cum termino soluendi dictum precium per totum mensem septembris proxime futurum. Sub pena etc. Tenente se etc. Renuntiando etc. Hec autem carta etc. Judex et testis ut supra” (8. 3. 1518), Deb. Not. pro Comuni, I, 166v.

58. Bernard(in) Ted(b)alda Vinčentija, zastupnik hercega Ivana Kosače, sina pokojnog hercega Vlatka, podiže na ime Ivanovih primanja od Dubrovčana 48 dukata:

“Procurator illustris domini Johannis Cosaze quondam domini Vlatchi ducis sancti Saue, videlicet, ser Bernardinus de Thedaldo Vincen-
tinus, ut de procura fecit constare publico instrumento procurationis confecto Venetiis in millesimo quingessimo decimo octauo, indictione sexta, die sabbati quarto mensis septembris, manu Aloysii Georgii quondam domini Joannis cuius Venetiarum publici imperiali et Venetiarum auctoritate notarii recommendato per literas patentes ducalis fidem facientes et legalitate dicti notarii secundum morem, a me notario visis et lectis tam dicto procurationis instrumento quam dictis literis legalitatis, dicto procuratorio nomine, confessus fuit habuisse et recepisse et sic re vera, habuit et recepit in presentia et per manus mei notarii a magnifico domino Rectore ciuitatis Ragusii et suo Consilio seu pro eis a dominis thesaurariis et procuratoribus Sancte Marie maioris in thesauraria pro comunitate dicte ciuitatis et de denariis erarii dicte comunitatis ducatos auri quadraginta octo pro solutione prouisionis prefati domini Johannis Cosaza unius anni completi de mense augusti proxime preterito. Pro qua prouisione dictus procurator procuratio nomine reddidit et reddit perpetuo quietam dictam comunitatem et regimen dicte ciuitatis Ragusii. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex ser Carolus de Poza et Pasqualis Primi testis” (2. 10. 1518), Deb. Not. pro Comuni, I, 168v.

59. Matija Pucić, zastupnik hercega Ivana Kosače, sina pokojnog hercega Vlatka, tokom tri godine (1520–1522) podiže na ime Ivanovih dvogodišnjih primanja od Dubrovčana iznos od 96 dukata i četiri dukata od zakupa zemljišta u Konavlima i Osojniku:

“Procurator illustris domini Joannis Cossaze quondam domini Vlatchi ducis sancti Saue, videlicet, ser Matheus Rus. de Poza, ut de procura facit Venetiis constat in Procuris notarie registrata die hesterna, dicto procuratorio nomine, confessus fuit habuisse et recepissee et sic re vera habuit et recepit in presentia mei notarii a magnifico domino Rectore ciuitatis Ragusii et suo Consilio per manus dominorum thesaurariorum Sancte Marie maioris soluentium pro comuni dicte ciuitatis de denariis erarii dicti comunis ducatos auri quadraginta octo pro solutione prouisionis prefati domini Joannis anni completi de presenti mense augusti. Vocans se tacitum et contentum pro dicta prouisione et reddens perpetuo quietum regimen et comune dicte ciuitatis. Renuntiando. Hec autem carta etc. Iudex ser Jacobus Christ. de Zamagno et Pasqualis Primi testis” (24. 8. 1520), Deb. Not. pro Comuni, I, 182.

Sa strane: “Die VIII octobris 1521. Ser Matheus Rus. de Poza procurator contrascriptus confessus fuit dicto procuratorio nomine habuisse et recepissee a comuni Ragusii in una pollica bullata ducatorum auri quadraginta octo pro solutione prouisionis contrascripti domini Joannis Cosaze pro anni completi de mense augusti proxime preteriti. Renuntiando”, Isto.

Sa strane: “Die 4 junii 1522. Ser Matheus procurator contrascriptus dicto procuratorio nomine confessus fuit quod habuit et recepit a ser Orsato Nicolini de Sorgo per manus ser Hieronymi Ors. de Crieua ducatos auri quattuor pro affictu unius anni terrarum Canalis et de Ossanich pro parte spectante suprascripto domino Johanni. Renuntiando”, Isto.

60. Spisak dubrovačkih pobunjenika iz vremena sukoba Dubrovčana i hercega Stjepana Vukčića Kosače (spisak kneza Slanog, Pavla Pucića), te spisak onih koji nisu prisustvovali najavljenom sastajanju (zboru) u Konavlima (spisak kneza Konavala, Petra Prokulića) (prije 25. 2. 1452):

“Isti fuerunt rebelles quia in guerra nouiter habita cum chercech Stiepano iuerunt ad standum cum familiis in partibus dicti chercech et ad seruiendum sibi.

Et primo isti quos misit comes Slani ser Paulus de Poza scriptos et annotatos in uno foleo: [navedeni u dva niza a njihovo porijeklo dato je sa strane stubaca]

Imotiza: Radaç Sladoeuich, Radasin et Çuietcho Couacichi;

Topolo: Vidossau Bosigchouichi, Radouan Calimanich, Bratouin suo fiol, Radossau Clapcich,

Iucho Miglageuich, Radochna Radulich, Radossau Ratchouich, Rucichi case tre, Vladnichi fratelli 3;

Stuppa: Ratcho Strinouich;

Osglie: Bilut Bogosalich, Nadichna Crancich, Radossau Cudilinouich, Milorad, Petcho Codanouich, Radoie Goioieuch;

Visozani: Raduleta Copilouich, Ciuitan Radosalich;

Tocronicho: Vlatcho Braichouich, Milobrat Voçchouich, Radiuoi Radognich, Iuan Miodrugouich;

Zipichuie: Radogna Bogdanich, Rachoie Bogdanich, Mileta Radoichouich, Miobrat Raichouich, Çuietcho Raichouich, Deyan Pribinich;

Podgora: Radossau Milichouich;

Mraugniza: Radossau Dabisiuouich;

Podmoçi: Ratcho Iuanouich, Vlatcho Radosalich, Vochmier Radosalich;

Ternouiza: Budeç Velich, Radouan Radosalich, Bosidar Radosalich.

Et molti altri sono andati li quali se trouerano per tempo. [195]

Infrascripti sunt illi qui noluerunt venire in termino 4^{orum} dierum statuto et limitato in Canali ad sborum factum quoniam fuit intratum ad accipiendum tenutam contrate Canalis secundum quod scripsit comes Canalis ser Petrus de Proculo ut apparet per suam litteram hic affixam.

Quorum nomina sunt ista et habentur pro rebelibus: [navedeni u jednom stupcu]

Goisau, Dmitar, Vucossau} Bogoeuichi de Duba,

Radiuoi Gabrielouich,

Ratcho et Bogdan suo fioli,

Giuras Gabrielouich Bosidarouich,

Vuchaç Bogosalich,

Gliubissa Vuchcich,

Radouan Branisalich,

Vlatcho Radouanich de Giurinichi,

Nichoç Deschouich,

Sancho Deschouich,

Rayan Giurinich,

Vuxa Sladanouich,

Radaç Corinich,

Badagn Popadiich,

Ratcho Bagneuich,

Iuan Dobroeuch [195v]” (nedatirano, prije 25. 2. 1452), Deb. Not. pro Comuni, I, 195-195v.

Prekrižen Radaç Corinich, a sa strane dopisano: “Die XXV februarii 1452. In Consilio rogatorum contrascriptus Radaç fuit liberatus et absolutus ab infidelitate et ideo depennatus”, Isto.

Prekriženi Badagn Popadiich i Ratcho Bagneuich, a sa strane dopisano: “Fuerunt suspensi”, Isto.

61. Nedatiran zapis na posljednjoj foliji koji govori o vremenu depovanja dva uloga na dobit vojvode Sandalja (Hranića):

“Deposita ducatorum XIIM voiuode Sandali
in Diuersis notarie
unum in 1426 die 4 februari
aliud in 1431 die V februari” (nedatirano), Deb. Not. pro Comuni, I, 196.

62. Zastupnici Helene, snahe pokojnog Balše Hercegovića, njenog sina Nikole i njenih nećaka, podižu dvogodišnja primanja od Dubrovčana u iznosu od 96 dukata:

“Procuratores illustris domine Helene nurus olim domini Balse Cherezgouich et domini Nicolai filii prefate domine Helene nepotis et heredis prefati quondam domini Petri Balse, videlicet, Antonius Antachouich et Michael Sechianin, ut de procura constare, fecerunt literis patentibus Capituli ecclesie Zagrabiensis sub dierum feria sexta infra octauas Sacratissimi corporis Christi, anno domini millesimo quingesimo vigesimo quinto a me notario visis et lectis, dicto procuratorio nomine, confessi fuerunt habuisse et recepissee a magnifico domino Rectore ciuitatis Ragusii ser Nicolino Jo. de Gondola et a suo Consilio soluentibus pro regimine et comunitate dicte ciuitatis per manus dominis thesaurariorum Ecclesie sancte Marie maioris dicte ciuitatis Ragusii manualiter et in pecunia numerata ducato[s] auri nonaginta sex venetos et hungaros boni auri et iusti ponderis pro solutione et satisfactione prouisionis prefati quondam domini Petri Balse annorum duorum finiturosum de mense augusti proxime futuros presentis anni de 1525. Vocantes se, se dicto procuratorio nomine tacitos et contentos pro dicta prouisione dictorum duorum annorum et pro ea liberantes et absoluentes dictum regimen seu dictam comunitatem dicte ciuitatis Ragusii per omnem viam liberatoriam et absolutoriam. Renuntiando. Hec autem carta etc. Iudex et testis ut supra” (12. 7. 1525), Deb. Not. pro Comuni, II, 21v.

63. Zastupnik Helene Jakšić, udovice pokojnog hercega Matije i njenog sina Nikole, podiže trogodišnja primanja od Dubrovčana u iznosu od 144 dukata i 12 dukata od zakupa:

“Procurator generose et illustris domine Helene Iachxiich de Lak relicte quondam illustrisimi et magnifici domini domino Mathie ducis sancti Sabe et illustrisimi domini Nicolai filii eiusdem ex prefato quondam domino Mathia ducis progeniti, videlicet, Gregorius Varicich de Slouigne familiaris ipsorum dominorum constituentium de cuius procura ad exigendum et euictandum facta per Capitulum Zagabriensis in oportuna forma constare fecit et fuit registrata in Procuris notarie nostre 1528, die primo presentis mensis ad quam habeatur relatio, dicto procuratorio nomine contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a magnificis dominis thesaurariis Sancte Marie maioris dicte ciuitatis Rhagusii, soluentibus pro magnifico ac exelenti regimine et comunitate dicte ciuitatis de denariis erarii dicte comunitatis ducatos auri centum quadraginta quattuor de auro et in auro boni auri et iusti ponderis pro solutione et satisfactione prouisionis suprascriptorum domine Helene et domini Nicolai heredum, dictis nominibus prefati quondam domini Petri Balse pro annis tribus finituris de mense augusti proxime futuri. Vocans dictus procurator et dicto procuratorio nomine se tacitum et contentum pro dicta prouisione et reddens perpetuo quietum dictum regimen et comunitatem dicte ciuitatis Rhagusii pro dicta prouisione pro toto tempore preterito et futuro usque ad dictum mensem augusti proxime futurum. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex et testis ut supra.

Item confessus fuit habuisse et recepisse in dicto nomine procuratorio a ser Orsato Nicolini de Sorgo ducatos auri in totum duodecim pro solita prouisione que per eum soluitur annuatim predictis eius principibus. Renuntiando” (3. 7. 1528), Deb. Not. pro Comuni, II, 42.

64. Monah Gabriel, zastupnik Jerine, udovice hercega Matije i njenog sina Nikole, podiže osmogodišnja primanja za svoje gospodare u iznosu od 384 dukata:

“Venerabilis Gabriel monachus sancti Sabae tamquam procurator et procuratio nomine illustre domine Jerine relictæ quondam domini Mathei ducis sancti Sabae et dominus Nicolae eius filii prout de eorum mandato apparet in Procuris notarie de 1545, die XX mensis presentis, ibi registrato a carta 97, sponte dictis nominibus contentus et confessus fuit habuisse et recepisse a magnifico domino Rectore et Consilio ciuitatis Rhagusii per manus dominorum thesaurariorum ducatos auri trecentos octuaginta quattuor qui sunt subsidio annorum octo qui decursi sunt de mense augusto proxime preterito quod dictum nominium annuatim dare solet secundum consuetum prefatis domine Jerine et domini Nicolao. Renuntiando” (27. 2. 1545), Deb. Not. pro Comuni, III, 18.

65. Zastupnik Neofite, udovice Ivana Kosače i njenog sina Vlatka, podiže od Dubrovčana četvorogodišnja primanja u iznosu od 640 perpera i u iznosu od 200 dukata:

“Dominus Vincentius de Crema tamquam procurator et procuratio nomine illustris domine Neophitam relictam quondam domini Joannes Cosacio et domini Vlatchi eius filii ut de procura constat in Libro procurationum notarie de anno presenti a [prazan prostor], sponte contentus et confessus fuit habuisse et recepisse a magnifico domino Rectore et Consilio ciuitatis Ragusii per manus dominorum thesaurariorum iperperos sexcentum quattaginta pro prouisione quattuor annorum qui sunt decursi sub die III^o mensis augusti nuper preteriti ad rationem iperperorum centum sexaginta quolibet anno. Et de pluri confessus fuit habuisse ducatos auri ducentum pro prouisione quattuor annorum proxime futurum qui finent sub die III^o mensis augusti anni 1548. Qui solutio quattuor annorum proxime futurum sibi facta fuit virtute petitionis factæ a dictis domine Neophite et domino Vlatcho cum suis literis dominio Rhagusii redditus pro eundem domini Vincentium procuratorem. Renuntiando” (27. 2. 1545), Deb. Not. pro Comuni, III, 18v.

66. Vlatko Kosača u ime majke Neofite i braće pozajmljuje od Dubrovnika 500 dukata na ime godišnjih primanja u iznosu od 48 dukata do izmirenja duga u potpunosti:

“Cum sit quod magnificus et illustris dominus Wlaticus Cossazo requisierit magnificis dominos Rectorem et Consilium ciuitatis Rhagusii ut ratione singularis et antiquam amicitiam que inter illum progenitores et dominium Rhagusinum semper intercessit vellint eum cum aliquo pecuniarum mutuo quo suis indegentiis prouidere possit accommodare illis offerens beneficium donationis ducatorum quadraginta octo quos dictum dominus quotannis sibi et eius fratribus soluit redire et renunciare donech mutuum quia prefati dominus Rector et Consilium sibi facient fuerit integre solutum et satisfactum et quoniam prefati domini Rector et Consilium quarum animus est amicos semper conseruare cupiunt prouiribus suis petitioni prefati illustris domini Wlatici satisfacere sibique rem gratam facere propterea dicti domini in excutionem partis capte in magnifico Consilio rogatorum sub die XXIX nouembris nuper decursi a carta 218 obtulerunt prefato illustri domino Wlatico mutuare ducatos auri in auro sargus quingentos pro quibus debeat ipsis dominis assignare et sic ex nunc dictus dominus Wlaticus assignat prefatis magnificis domino Rectore et Consilio beneficium dictorum ducatorum quadraginta octo qui sibi et fratribus suis annuatim soluuntur a comuni Rhagusii. Ita quod ipsi domini Rector et Consilium debeant in manibus suis retinere dictum beneficium ducatorum 48 donech et usque fuerit compensata solutio mutui dictorum ducatorum quingentorum. Et insuper qui idem illustri dominus Wlaticus teneatur et obligatus sit et sic promittit a et se obligat illico qui se receperit in ciuitatem Venetiarum procurare et effectuali facere qui illustris dominus Stephanus et Ferrandus fratres sui absentes cum eorum juroribus quatenus opus sit ratificabunt et comprobabunt hanc presentem renunciationem du- [49v] -catorum auri 48 factam per dictum illustrem dominum Wlaticum comuni Rhagusii donech mutuum dictorum ducatorum

quingentorum fuerit integre solutum et restitutum. Et casu quo prefati illustri domini Stephanus et Ferrandus non approbarint et ratificarint hoc presens instrumentum quod dictus illustris dominus Wlaticus teneatur et obligatus sit et sic ipse super se et omnia sua bona presentia et futura se obligat manufenere et defendere comune Rhagusii ab omni molestia que sibi infini possit per dictis dominos Stephanum et Ferrandum et ipsum comune indemnem conseruare et pro maiori cautela prefatorum domini Rectoris et Consilii ser Paulus de Venetiis tamquam procurator illustre domine Neophitam uxoris relicte quondam magnifici et illustri domini Jo. Cossazo de cuius procura apparet per unum publicum instrumentum Venetiis celebratum per egregium virum dominum bonum Deo Marinum et registratum in Libro procurationum notarie anni presentis a carta 72 sponte consensit, renunciatione dicti beneficis sic ut supra factis prefatis domino Rectore et Consilio. Promittens qui ipsa aut alii pro ea sub hipoteca et obligatione omnium bonorum suorum nunquam venerit contra formam presentis instrumenti quod in omnibus suis partibus ratificat approbat et confirmat. Et insuper dictus ser Paulus procurator agens quo supra nomine promittit qui dicti illustris domini Stephanus et Ferrandus ratificabunt hec presens instrumentum, illico qui ipsis fuerit presentari et contra illius formam nunquam venerit per se aut alium interpositam personam sub hipoteca et obligatione omnem bonorum suorum. Renuntiando. Judex ser Bernardus Bincula [50]” (12. 12. 1545), Deb. Not. pro Comuni, III, 49v-50.

Ispod: “Die XIII decembris 1548. Illustris dominus Vlaticus Cossazo suprascriptus sponte contentus et confessus fuit habuisse et recepisce a suprascriptis magnifico domino Rectore et Consilio ducatos auri quingentos ad computum beneficis ducatorum qua- [50v] -draginta octo que sibi annuatim soluuntur a comuni Rhagusii et sunt pro solutione decem annorum qui finient de anni 1558. In quibus computarum ducati viginti octo ad computum anni 1559 sub die III^o augusti quo finisuri complebunt dicti ducati quingenti sibi mutuati. In quibus ducatos 500 similiter computantur ducati octo de computu ultimi imprestiti sibi facti

ut apparet per apolitiam hodie factam. Renuntiando [50v], Isto, 50-50v.

Sa strane: “Die III^o octobris 1551. Illustris dominus Wlaticus Cosacius agens ad infrascripta tam suo proprio nomine quam tamquam procurator illustre domine Neophite matris sue et illusstris dominis Ferandi fratris sui habens ad infrascripta plenum et sufficiens mandatum pro exegendo a magnifici dominio Racusino per sumam ducatorum quadraginta octo tam decursam quam cuimidam futuro tempore ut de fide mandato constat per unum publicum instrumentum celebratum Venetiis per egregium virum dominum Josephum Cigrignium filium domini Baptistis notarii ciuis Veneti sub die 29 mensis januarii anni presentis visum et lectum a notario presentis instrumenti sponte ad interrogationem magnifici dominis Rectoris ser Francisci Mar. de Caboga et sui Consilii contentus et confessus fuit habuisse et recepisce a dicto magnifico domino Rectore et Consilio ducatos auri quinquaginta ad computum pensionis predictam dictorum ducatorum auri quadraginta octo qui sibi annuatim soluiatur. Pro quibus obligat dictum beneficium modo et forma obligauit illud in contra suprascripto instrumento pro ducatis in eo expressis et nominatis. Quos ducatos quinquaginta prefatus dominus Rector et Consilium soluerunt prefato illustri domino Wlatico virtute partis capte in Consilio rogatorum sub die hesterno a carta 132. Renuntiando. Hec autem cartha etc. Iudex ser Marinus Mart. de Goze et Nicolaus Primi testis”, Isto, 49v.

67. Monah Gabriel, zastupnik hercega Nikole, podiže sedmogodišnja primanja za svog gospodara u iznosu od 336 dukata i od zakupa posjeda 36 dukata:

“Venerabilis don Gabriel monacus sancti Sabe tamquam procurator magnifici et illustri domini Nicolai cherzegh domini sancti Sabe ut de procura apparet in Procuris notarie 1549, die XIX januarii vise et lecte a notario presentis instrumenti, sponte contentus et confessus fuit habuisse et recepisce a magnifico domino Rectore ser Marino Luc. de Sorgo et suo Consilio per manus dominorum thesaurariorum ducatos

auri centum nonaginta duos pro integra solutione beneficii annorum quatuor incipiendo ab anno 1544 sub die III augusti usque ad annum 1548 de mense augusto pro quo annuatum sibi soluunt ducatos auri quattraginta octo.

Item confessus fuit habuisse et recepisse a dictis dominis ducatos auri centum quadraginta quattuor pro integra solutione beneficii annorum trium qui complebunt de mense augusto anni 1551, quos dictus dominus Nicolaus per eius literis petiit sibi solui pro necessitate sororis sui nuper despensate. Item dictus dominus Gabriel procurator sponte contentus et confessus fuit habuisse et recepisse a magnifico domino Rectore et Consilio ducatos auri triginta [50v] sex quos ipsi soluerunt pro computu domine Annizam relicte quondam ser Orsati Nicol. de Sargo et sunt pro saldo omnium pecuniarum quos illustris dominus Nicolaus principalis suus ab ea debebat hic usque ad presentem diem. Renuntiando [51]" (5. 2. 1549), Deb. Not. pro Comuni, III, 50v-51.

68. Pejo Smederovac kao zastupnik hercega Nikole podiže četvorogodišnja primanja u iznosu od 192 dukata:

"Peius Smederouaz tamquam procurator et procuratorio nomine illustri domini Nicolai cherezghi habens ad infrascripta per agensa sponte mandatum sicut apparet per literas patentes serenissimi reginae Hungariorum domine Isabellee imunitas suo regio sigillo datas in ciuitate Colosuar sub die XXVI mensis februarii nuper decursi et registratas in Libro procurationum notariae Racusii sub die XXV mensis presentis a charta 236 ad quas habeatur relatio, sponte contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a magnifico domino Rectore ser Luca Mich. de Bona et suo Consilio ducatos auri in auri boni et iusti ponderis centum nonaginta duos pro integra solutione subsidii sibi dare soliti et sunt pro quattuor annis completuris de mense augusto proxime futuro, pro quo tempore quattuor annorum supradictorum fuerit dictorum [135v] dominiis finem, remissionem, quietationem, generalem et generalisimam ac pactum perpetuum de ulterius quicquam non petendo. Renuntiando.

Hec autem charta etc. Judex ser Joannis Mar. de Gondola ac Nicolaus Primi testis [136]” (25. 5. 1558), Deb. Not. pro Comuni, III, 135v-136.

69. Lazar Kaluđerović zastupnik Grgura, Stjepana i Pavla, sinova i nasljednika hercega Nikole, prima od Dubrovčana četvorogodišnje prihode u iznosu od 192 dukata:

“Lazarus Calogerouich agens ad infrascripta tamquam procurator et procuratorio nomine illustri domini Nicolai ducis sancti Sabae filii et haeredis illustri quondam domini Mathei ducis et quondam domini Nicolao tenet authoritatem recipiendi solitum subsidium quod annuatim sibi soluitur ac de tali libertate constat per literas dicti domini Nicolai datas in Colosmonoster sub die tertia mensis martis nuper decursi munitas suo maiori sigillo impresso in cera rubea et registratas in Libro procurationum notariae 1562 die XV maii a charta 135 ad quas habeatur relatio sponte contentus et confessus fuit se habuisse et recepissee a magnifico domino Rectore ser Paulo Jun. de Gradis et suo consilio soluentibus per manus dominorum thesaurariorum ducatos auri in auri boni et justis ponderis centum nonaginta duos pro integra solutione subsidii sibi dare soliti et sunt pro quattuor annis completis de mense augusto proximo futuro. Pro quo tempore quattuor annorum dictus Lazarus fecit et facit presentis dominis Rectore et consilio finem, remissionem, quietationem, generalem et generalissimam ac pactum perpetuum de ulterius quicquam non petendo. Renuntiando. Hec autem charta etc. Judex ser Hieronimus domini Jun. de Gradis et Nicolaus Primi testis” (15. 5. 1562), Deb. Not. pro Comuni, III, 172.

70. Lazar Kaluđerović, zastupnik Grgura, Stjepana i Pavla, sinova i nasljednika hercega Nikole, prima od Dubrovčana četvorogodišnje prihode u iznosu od 192 dukata:

“Lazarus Calugherouich agens ad infrascripta tanquam procurator et procuratorio nomine illustris dominorum Georgii, Stephani et Pauli filiorum et haeredum quondam illustri domini Nicolai ducii sancti

Sabae a quibus haeredibus tenet auctoritate recipiendi solitum subsidium quod annuatim sibi soluitur, ut de tali libertate constat per literas dictorum dominorum haeredum directas illustrissimo domini Rectore et consiliariis, datas die 18 juniii 1566 in Maldouia et munitas eorum maiori sigillo impresso in cera rubea, quae literae remanserunt apud dominorum thesaurarorum, sponte dictus Lazarus confessus est habuisse et acceperisse de dicto illustrissimo domino Rectore ser Georgio Pasq. de Sorgo et suo Consilio soluentibus per manus dominorum thesaurariorum ducatos auri in auro boni auri et iusti ponderis centum nonaginta duos pro integra solutione subsidii sibi dati, soliti et satisfati pro quatuor annis completi die 3 augusti proxime preteriti. Pro quo tempore quatuor annorum dictus Lazarus fecit ac facit praescriptis dominorum Rectore et Consilio finem, remissionem, quietationem, generalem et generalissimam ac pactum perpetuum de ulterius quicquam non petendo. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex ser Franciscus Sar. de Gondola et Nicolaus Primi testis” (21. 8. 1566), Deb. Not. pro Comuni, IV, 3.

71. Pavle Radovanović iz Dubljana u Popovu zadužuje se na 100 talara žita kod dubrovačkog vlastelina Lucijana Bunića i njegovih kompanjona, dubrovačkih službenika, zaduženih za kupovinu žita:

“Ego Paulus Radouanouich de Popouo ex casali Dubgliani confiteor quod habui et recepi a ser Luciano Hieronymi de Bona et sociis officialibus creatis et deputatis super emptione frumenti et bladarum pro comunis computu ex terra firma tallaros centum pro quibus me obligo infra mensem unum proxime futurum dare et consignare in Slano dictis dominis officialibus tot frumenta bona ad rationem grossorum undecim cum dimidio pro quolibet cuppello ragusino. Et si in dicto termino dicta frumenta dictis dominis officialibus omnino non dederam et consignauero quod idem dominos officiales possint in locis alienis totidem alia frumenta emere ab aliis expensis meis eo praecio ac eo modo prout eis melius videbitur et placebit quia sic conuenimus concorditer et pacti sumus. Renuntiando. Et ego Junius Vincentii de Polla sponte me cum

omnibus mei bonis fideiussorem constituo pro parte dicti pecuniis per dictum Paulum acceptis et pro obseruatione proemissorum. Renuntiendo” (29. 10. 1569), Deb. Not. pro Comuni, IV, 27v. Prekriženo.

Sa strane: “Die XX augusti 1521. Cassum fuit contrascriptum instrumentum de voluntate ser Vincentini Francisco de Caboga et sociorum officialium contrascriptorum eo quod dictus ser Hieronymus retulit se fuisse integre solutos de eo et satisfactus”, Isto.

72. Stjepan Karansebeša kao zastupnik Grgura, Stjepana i Pavla, sinova hercega Nikole, podiže u njihovo ime sedmogodišnja primanja od Dubrovčana u iznosu od 333,3 dukata:

“Stiepan Karansebessiensis agens ad infrascripta tanquam procurator et procuratorio nomine illustris dominorum Georgii, Stephani et Pauli filiorum et haeredum quondam illustris domini Nicolai ducis sancti Sabe a quibus haeredibus tenet auctoritatem recipiendi solitum subsidium quod annuatim eis soluitur. De qua auctoritatem constat per eorum literas datas in oppido Thorda die VII mensis mai 1573 solito eorum sigillo in cera rubea munitas directas illustris domino Rectori magnifici et eius Consilio, quam literam remanserunt apud dominos thesariariorum Sanctam Mariam, sponte et omni meliori modo procuratorio nomine contentus et confessus est se habuisse et recepisse a dicto illustrissimo domino Rectore ser Joanne Sim. de Bona et suo Consilio soluentibus per manus dictorum dominos thesaurorios ducatos scuti in auro trecen- [61] -tum septuaginta tres et unum tertium alterius scuti boni et iusti ponderis, pro integra solutione subsidii dictis fratribus clari soliti et sunt pro septem anni elapsi die 3 augusti proxime preteriti. Pro quibus scuti 373 $\frac{1}{3}$ partis Stiepan procurator et pro dicto tempore annorum septem ut supra elapsorum fecit prefato illustrissimo domino Rectore et suo Consilio finem, remissionem et generalem ac generalissimam quietationem cum pacto expresso de nil amplius propterea petendo. Renuntiando. Iudex ser Bernardus Gabr. de Cerua et Blasius Vodopia ac Hieronymus Tr. de Primo cancelarii testes [61v]” (11. 9. 1573), Deb. Not. pro Comuni, IV, 61-61v.

Summary

Sources for the history of medieval Bosnia: *Debita notariae pro comuni I-IV, 1449-1573* (part two)

Through the selected documentation of the series *Debita Notariae pro Comuni*, which begins in 1449, we can track the financial transactions of the Dubrovnik municipality with Bosnian rulers, nobility, and other individuals from the territory that belonged to the medieval Bosnian state during its existence and after its fall under Ottoman rule in 1463. The nature of the provided information confirms the close economic ties that Bosnian rulers and nobles had with the Republic of Dubrovnik. These ties outlasted the Bosnian state in a symbolic sense through the descendants of noble families of the Bosnian Kingdom. The systematic organization of the provided data makes it easier to use, understand, and ensures clarity. Therefore, when considering the study of medieval Bosnian history, it's genuinely unfortunate that all this information wasn't consistently documented, thus necessitating supplementation with data from other archival series. Nonetheless, transcripts of original material from the *Debita Notariae pro Comuni* series represent yet another indicator of the value and importance of the Dubrovnik State Archives for studying the history of medieval Bosnia. In this regard, efforts should be made to transcribe and publish the remaining archival series as soon as possible, especially those related to decisions of the political bodies of the Dubrovnik commune. Archival records, due to the material they are written on, even under the conditions provided by modern archives, progressively deteriorate in quality with continuous use. Over time, ink fades, making reading difficult, and due to various circumstances, some documents are damaged or lost. This underscores the greater importance of publishing archival material, thereby preserving and making it accessible to a wider scientific community.



PRIKAZI



